

JANUARY 13, BAPTISM OF OUR LORD

[Errors? help@extraordinaryform.org](#)

Like the feast of the Epiphany, where the presence of the Lord in the world was noted by the Magi, the Baptism of the Lord in the Jordan by St. John the Baptist is another “manifestation” of the Lord as He begins His public ministry.

INTROIT Malachi 3: 1; Psalms 71: 2

Ecce, advénit dominátor Dóminus: et regnum in manu ejus et potéstas et impérium. (Ps. 71:1) Deus, judícium tuum Regi da: et justítiam tuam Fílii Regis. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto. Sicút erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Ecce, advénit dominátor Dóminus: et regnum in manu ejus et potéstas et impérium.

COLLECT

Deus, cujus Unigénitus in substántia nostræ carnis apparuit: præsta, quaesumus; ut per eum, quem símilem nobis foris agnóvimus, intus reformári mereámur: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

LESSON Isaiah 60: 1-6

Surge, illumináre, Jerúsalem: quia venit lumen tuum, et glória Dómini super te orta est. Quia ecce, ténebræ opérient terram et caligo pópulos: super te autem oriétur Dóminus, et glória ejus in te vidébitur. Et ambulábunt gentes in lúmine tuo, et reges in splendóre ortus tui. Leva in circúitu óculos tuos, et vide: omnes isti congregáti sunt, venérunt tibi: filii tui de longe vénient, et filiæ tuæ de látere surgent. Tunc vidébis et áfflues, mirábitur et dilatábitur cor tuum, quando convérsa fúerit ad te multitúdo maris, fortitúdo géntium vénerit tibi. Inundátio camelórum opériet te dromedárii Mádian et Epha: omnes de Saba vénient, aurum et thus deferéntes, et laudem Dómino annuntiántes.

GRADUAL Isaiah 60: 6, 1

Omnes de Saba vénient, aurum et thus deferéntes, et laudem Dómino annuntiántes. Surge et illumináre, Jerúsalem: quia glória Dómini super te orta est.

LESSER ALLELUIA Matthew 2: 2

Allelúja, allelúja. Vídimus stellam ejus in Oriénte, et vénimus cum munéribus adoráre Dóminum. Allelúja.

GOSPEL John 1: 29-34

In illo témpore: Vidit Joánnes Jesum veniéntem ad se, et ait: Ecce Agnus Dei, ecce, qui tollit peccátum mundi. Hic est, de quo dixi: Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat. Et ego nesciébam eum, sed ut manifestétur in Israël, proptérea veni ego in aqua baptizans. Et testimónium perhibuit Ioánnes, dicens: Quia vidi Spíritum descendéntem quasi colúmbam de coelo, et mansit super eum. Et ego vidi: et testimónium perhibui, quia hic est Filius Dei.

OFFERTORY Psalms 71:10-11

Reges Tharsis, et insulæ múnera ófferent: reges Arabum et Saba dona addúcent: et adorábunt eum omnes reges terræ, omnes gentes sérvient ei.

SECRET

Hóstias tibi, Dómine, pro nati Fílii tui apparitióne deférimus, suppliciter exorátes: ut, sicut ipse nostrórum exactor est múnerum, ita sit ipse miséricors et suscéptor, Jesus Christus, Dóminus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

PREFACE OF THE EPIPHANY

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubique grátias agere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Quia, cum Unigenitus tuus in substántia nostræ mortalitátis apparuit, nova nos immortalitátis suæ luce reparávit. Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatió nibus cumque omni milítia cæléstis exércitus hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

COMMUNION Matthew 2: 2

Vídimus stellam ejus in Oriénte, et vénimus cum munéribus adoráre Dóminum.

POSTCOMMUNION

Cæléstí lúmine, quæsumus, Dómine, semper et ubique nos prævéni: ut mystérium, cujus nos partícipes esse voluísti, et puro cernámus intúitu, et digno percipiámus afféctu. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Behold the Lord the Ruler is come: and the Kingdom is in His Hand, and power, and dominion. (Ps. 71: 1) Give to the king Thy judgment, O God: and to the king's Son Thy justice. Glory to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Behold the Lord the Ruler is come: and the Kingdom is in His Hand, and power, and dominion.

O God, whose only-begotten Son appeared in the substance of our flesh: grant, we beseech Thee, that by Him, in whom outwardly we recognize our likeness, we may deserve to be inwardly created anew. Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Arise, be enlightened, O Jerusalem: for thy light is come, and the glory of the Lord is risen upon thee. For behold darkness shall cover the earth, and a mist the people: but the Lord shall arise upon thee, and His glory shall be seen upon thee. And the Gentiles shall walk in thy light, and kings in the brightness of thy rising. Lift up thy eyes round about and see: all these are gathered together: they are come to thee: thy sons shall come from afar, and thy daughters shall rise up at thy side.

Then shalt Thou see and abound, and thy heart shall wonder and be enlarged, when the multitude of the sea shall be converted to thee, the strength of the Gentiles shall come to thee. The multitude of camels shall cover thee, the dromedaries of Madian and Epha: all they from Saba shall come, bringing gold and frankincense and showing forth their praise to the Lord.

All they from Saba shall come, bringing gold and frankincense and showing forth praise to the Lord. Arise and be enlightened, O Jerusalem: for the glory of the Lord is risen upon thee.

Alleluia, alleluia. We have seen His star in the East, and are come with gifts to adore the Lord. Alleluia.

At that time John saw Jesus coming to him, and he saith: Behold the Lamb of God, behold him who taketh away the sin of the world. This is he, of whom I said: After me there cometh a man, who is preferred before me: because he was before me. And I knew him not, but that he may be made manifest in Israel, therefore am I come baptizing with water. And John gave testimony, saying: I saw the Spirit coming down, as a dove from heaven, and he remained upon him. And I knew him not; but he who sent me to baptize with water, said to me: He upon whom thou shalt see the Spirit descending, and remaining upon him, He it is that baptizeth with the Holy Spirit And I saw, and I gave testimony, that this is the Son of God.

The kings of Tharsis and the islands shall offer presents: the kings of the Arabians and of Saba shall bring gifts: and all kings of the earth shall adore Him: all nations shall serve Him.

We bring unto Thee our offerings, O Lord, in remembrance of the manifestation of Thy Son born for us, humbly beseeching Thee: that as He is the Author of our gifts, so He may also in His mercy receive the same, Jesus Christ our Lord: Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It it truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God; for when Thine only-begotten Son was manifested in the substance of our mortal flesh, with the new light of His own Immortality He restored us. And therefore with Angels and Archangels, with Throne and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

We have seen His star in the East, and are come with gifts to adore the Lord.

We beseech Thee, O Lord, may Thy heavenly light go before us at all times and in all places, that we may discern with pure vision and receive with worthy affection the sacrament of which Thou hast willed that we should partake. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.